



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Modus eluendi maculam inquietudinis & impatientiæ cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

uina permissione tibi accidere possint, de manu Domini suscipias.

Anima enim quæ magnum in via DEI profectum fecit, est sui ipsius Domina, & non aliter diuina ope suffulta, in omnibus euentibus, casibusque aduersis immota manet, ac scopuli marini, qui nullis oceani sæuientis fluctibus, cædunt: aut anosa quercus, quæ nullis ventorum flatibus commouentur.

*Modus maculam inquietudinis & impatientia cordis eluendi.*

PRIMVS est, Considerare, infig- *Bona probis*  
 nem fructum atque ingentia bona, & *improbis*  
 quæ ex impatientia mortificatione *communis*  
 relaturus es: Quod ut paulò expli- *que sint.*  
 catus fiat, notandum est: Bona quæ-  
 dam esse bonis & malis communia;  
 ut sunt diuitiæ, sanitas, cæteraque  
 bona temporalia, & trāsitoria: quæ *Bona probis*  
 dam bonis duntaxat propria, in qui- *propria.*  
 bus improbi nullam omnino par-  
 tem habent, ut sunt tranquillitas &  
 pax mentis; dominiū absolutum in

omnia bona Temporalia, ne quicquam eis noceant: victoria passio-  
nem: & spiritus libertas, sicut ait

*Proverb. 12.* Sapiens. Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit, impij autem replebuntur

*malo* Hæc improbi nulla ratione habent, qui quot passionibus laborant, quot concitatos animi motus sentiunt, tot perturbationibus vexantur. Ad hæc bonis secreta quædam dona à benignissimo ipsorum Parente IESU Christo, quem medullitus amant, conferuntur, tam dulcia, tam suauia, tamque gustatui iucunda, ut nemo sciat qui accepit, & nisi per experientiam in seipso didicerit, quid dicam intellecturus minimè sit.

*Fauores  
bonorum.*

*1. Cor. 2.*

Dona hæc insignia, de quibus loquimur, S. Paulus, licet subobscurè, intellexit, quando ait: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam verò non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est.* Et alibi cum dicit: *Sapientibus & insipientibus debitor sum.*

*Rom. 1.*

Deni-

PARS PRIMA. 81

Denique vt vno verbo absoluam: hi bonorum fauores per vniuersam sacram scripturam varijs verborum inuolucris velantur, & sub pretiosissimis & pulcherrimis mysticorum sensuum, & allego- riarum, margaritis latitant.

SECUNDVS modus est. Omni tempore, quoad fieri potest, animo iucundo & læto esse: *Animus gaudens etatem floridã facit: Spiritus tristis excitat ossa.* Hinc S. Pater noster Franciscus adhortabatur Fratres suos, vt semper in IESV Christo gauderent.

*Prover. 17.  
Quid iuuet  
letitia cordis.*

Quod vt fiat, necessariũ est, magnam sibi in tribulationibus & perturbationibus vim facere, seque ad sanctam lætitiã cogere: vnde Ecclesiasticus. *Deprime cor tuum, & suscipe.* *Eccles. 2.*

TERTIVS modus est: Expendere secum eximiam illam promissionem, qua mundis & quietis corde pollicitus est; eos Dei filios nuncupandos esse: cum ait: *Beati pacifici, Matt. 5. quoniam filij Dei vocabuntur.* Hæc

D 5 namq;

82. **SPECVLVM ANIMAE**  
*Pacifici cordis beati sicut.* namque sola Consideratio, quod homo propter pacem cordis Dei filius connumerandus sit, hanc maculam efficaciter eluere poterit.

*De suiipsius quaestione,  
Macula VIII.*

**CAPVT IX.**

*Ephes. 5. Natura malitia occulta.* **N**EMO unquam carnem suam odio habuit. Vna ferè omnium præcipua, & maxima est labes propriae quaestitionis, quandoquidè homo, quamuis in diuino seruitio sibi videatur omnia propter amorem Dei agere: nihilominus habet in seipso latens, secretum quoddam vitium siue propensionem naturæ ad sui quaestitionem: qua fit vt sæpè sub eo prætextu quod Dei honorem spectet, seipsum quærat: quare nisi Dei seruus curam omnem adhibeat, ad vitium hoc radicatus excindendum, & maculam hanc funditus perpurgandam, in sancto perfectionis itinere, maxima damna atque detrimenta sentiet.

*Amores duo seruilis.* Est autem hic amor, adeò insitus & innatus naturæ nostræ, & magna arte